

414.

Kaiser Friedrich I. nimmt das Kloster Biburg in seinen Schutz und bestätigt dessen namentlich aufgeführte Besitzungen und Rechte. — Zeugen: Markgraf Dietrich und dessen Bruder Dedo.

Volano, 1177 Mai 31.

5 *Hdschr.: Or. Perg. Reichsarchiv München. Siegelfragment, an dem nichts mehr zu erkennen, an grünen Seidenfäden.
Gedr.: Mon. boica 29^a, 424. Stumpf 4195.*

— — Nomina quoque testium pauca de multis, qui in donatione huius privilegii
aderant, placuit annotari. Cristianus Maguntinus archiepiscopus. Philippus Coloniensis
archiepiscopus. Wigmannus Magdeburgensis archiepiscopus. Arnoldus Treuerensis
10 archiepiscopus. Hartwicus Augustensis episcopus. Hermannus Babenbergensis episcopus.
Eberardus Merseburgensis episcopus. Adilo Hildensheimensis episcopus. Florentius
comes Hollandie. Dietricus marchio de Lusiz et frater suus comes Teto. Heinricus
comes de Dietsa. Otto maior prepositus in

15 : Signum domni Friderici Romanorum im-
peratoris invictissimi.:

Babimberc. Eberardus prepositus sancti
Iacobi. Burcardus prepositus de Tivrstat.
Bertoldus comes

Ego Gotefridus cancellarius vice Philippi (M.) de Tyrol. Heinricus comes de Eppan. Albero
Coloniensis archiepiscopi et Ytalie archi-
cancellarii recognovi.
20 Hademar de Ahusen et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M̄CLX̄X̄VII, indictione X̄, regnante domino
Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXVI, imperii autem XXIII;
in dei nomine feliciter amen;

25 datum apud Cellam sancti Iacobi in Uolana in archiepiscopatu Ravennati II. kal.
iunii mensis.

(SFR.)

415.

Schreiben des Papstes Alexander III. in Bezug auf die Friedensverhandlungen zu Venedig.

Venedig, 1177 Juli 26.

30 *Gedr.: Baronius, Ann. eccles. 12,862. Jaffé 8508.*

Alexander episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus Rogerio Eboracensi
archiepiscopo apostolice sedis legato et Hugoni Dunelmensi salutem et apostolicam bene-
dictionem. Exigunt gratissime devotionis obsequia, que nobis et ecclesie tam devote
quam laudabiliter exhibuisse noscimini, ut felices successus ecclesie vobis, sicut specialibus
35 et devotis ecclesie filiis spiritualibus describamus, cum dignum sit et conveniens et honestum,
ut, quos ita habuimus in nostra devotione firmos et stabiles, de prosperitate nostra et
ipsius ecclesie reddamus hilares et gaudentes. Agite itaque una nobiscum gratias
omnipotenti deo, qui habitat in altissimis et humilia respicit de supernis, de cuius munere
venit, ut sponsa sua sacrosancta ecclesia diu et graviter procellosis fluctibus et validissima